

Passauer Anonymus, De sec-
ta Manicheorum

Credunt autem predicti Katarari, quod deus celi quem sancta colit ecclesia sit deus iniustus, eo quod per violentiam *iniustam de celo* expulerit *Luciferum*, deum suum, quem vocant supremum patrem suum, qui omnia visibilia creavit, ut dicunt, et corpora humana; quem putant in fine seculi per violentiam regnum suum debere recuperare, ita quod sol et luna simul unum puerum procreabunt, qui erit Antichristus, cuius adiutorio vincet Michaellem, et deus celi et angeli eius firmabit(!) regnum Luciferi. Quidam etiam de predictis hereticis magnas agunt penitencias et asperas in auxilium dei sui, ut suum contra deum nostrum obtineat regnum, sicut predictus Lepzet hereticus de se fuit in iudicio publice confessus, videlicet quod quinque annis portaverat cilicium ad carnem propter Luciferum.

Cont. Trev.

Nam exusta est ibi (sc. Trier) quedam Lucardis, que sanctissime vite putabatur, que incredibili lamentatione lugebat *Luciferum iniuste de celo* extrusum, quem volebat replorare denuo in celum.

„Vox in Rama“

Ad hec infelicissimi omnium miserrorum gubernantem celestia pollutis labiis blasphemantes asserunt delirando, celorum dominum violento contra iustitiam et dolose Luciferum in inferos detrusisse. In hunc etiam credunt miserari, et ipsum affirmant celestium conditorem, et adhuc ad suam gloriam precipitato Domino rediturum, per quem cum eodem et non ante ipsum se sperant eternam beatitudinem habituros.

sacerdote corpus Christi acceperat simulate, et domum rediens igne cremavit; vgl. Döllinger, Sektengeschichte 2, 371 f. „Vox in Rama“ (MGH Epp. saec. XIII 1, S. 433, 37 f.): Corpus etiam Domini singulis annis in pascha de manu recipiunt sacerdotibus, et illud ad domus suas in ore portantes in latrinam prociunt in contumeliam Redemptoris.